

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Caini Et Abelis, Notis Criticis, Philologicis,  
Historicis Et Theologicis Illustrata[e]n Elektronische  
Ressource**

**Fecht, Johann  
Fecht, Gustav Friedrich**

**Rostochi, 1704**

**VD18 10451528-001**

**§. XX.**

[urn:nbn:de:bsz:31-41839](#)

NOTIS ILLUSTRATA.

31

§. XX. Ad v. eund. *Clamantes ad me.* Vulgo Grammatici enallagen hic numeri, qualis & in aliis linguis frequenter occurrit, esse proclaimant. Memorabili hic digressione B. Varenius ostendit, enallagatum, sicut & aliarum id genus figurarum in sacro sancta Scriptura & lingua, quæ cum primæva sit ipsi⁹ Dei & Adamo ~~創世記~~, non ex illis, quæ confusam habuerunt Babelis originē, linguis, earumq; imperfectionibus, mensurandam venire, multiplicatio nemque istiusmodi figurarum pro ignorantia & audacia theatro reputandam esse. Qvare immerito ex Occidentalium linguarum imperfectionibus sanctam lingua primævam, adeoque matrem ex filia dijudicari, qvint potius singulares in Ebraismo loqvendi modos nativos esse & elegantes linguae flosculos, ad aliarum linguarum impuritatem neq; vaqvam æstimandos. Unde in istiusmodi loqvendi modis posterius Adjectivum respondere priori recto, non verò priori regenti. Utpote cum dicitur Jer. X. 11. קָול שְׁמַוְתָּה רְנִיר בְּאֵר vox rumoris ecce venit, vocem: בְּאֵר inepte dici positam per enallagen pro: בְּבָבָל, referendamq; ad: בְּבָבָל, vocem, sed sine omni improprietate reflecti בְּבָבָל ad: שְׁמַוְתָּה בְּאֵר, hoc dilucido sensu: Es ist eine Stimme des Himmels. Siehe ich körnt es (dasselbe Himmel) und hat bei sich eine gewaltige Bewegung. Ita & plane nostro in loco: Es ist eine Stimme des Bluts deines Bruders; Dasselbige Blut deines Bruders schreyet gar zu mir von der selbigen Erden. De cœtero clamare dicuntur sangvines ē terra, seu vindictam expetere à DEO, tanquam sibi debitam, majore quidem nisu impetuq; ve, quam reliqua omnia peccata. Qva ipsa in re typum Christi Abelem fuisse autor epistolæ ad Ebræos affirmat Cap. XII. 14. Qvem per

per sua membra eleganter evolvit Petr. Dan. *Hactius De-*  
*monstr. Evangel. Prop IX. Cap CLXX. §. II.*

§. XXI. Ad v. ii. *Et nunc maledictus ex terra...)*  
 Non dicitur maledicta terra, quemadmodum olim pec-  
 cante Adamo ipsi terræ maledicebatur: אָרוֹרָה הָרְמָן  
 המְלֵדֶת בְּעַבְרוֹן *maledicta terra propter te*, sed notanter dicitur:  
*maledictus tu ex terra*, i. e. in eo eris maledictus, quod  
 hanc ipsam terram, fœcundam fertilemque, posthac  
 non sis amplius inhabitatus, sed in exilium ejiciendus,  
 idque ideo, quia illa terra languinem fratris tui in se re-  
 cepit & os suum aperuit. Non quod terra aperiendo os  
 suum & languinem recipiendo vere potuerit peccare,  
 p̄enamque promereri, sed quod ad detestationem tanti  
 sceleris Deus terram illam non aliter respexerit, ac si quo-  
 dam voluntatis concursu in fraternæ cædis communio  
 rem venisset. Quanquam ego quidem dubitare nolim,  
 reliquam Adami familiam fratricidii horrore terram Ca-  
 initicam postea incultam reliquisse, donec longo tempo-  
 ris tractu & genere humano in immensum crescente, hor-  
 rore isto paulatim diminuto, culturæ denuo subjiceretur.

§. XXII. Ad v. ii. *Quasi colueris terram.)* De ea igi-  
 tur terra loquitur, in quam vagus profugusque posthac  
 deventurus esset, quæ maledictioni illi ob facinus alibi  
 patratum objicienda foret. *Hæc non addet dare tibi vim*  
*suam*, h. e. interprete Fagio, *non tantum dabit, quantum*  
*bene posset. Etiam optime culta maligne votis respondebit.*  
*Facies quidem multam sementem, parvam autem messein...*  
 Priorem terram non sponte deseruit, sed pulsus, ceumox  
 dicitur. Fabulas verò sapere videtur, quando R. Aben-  
 Ezra in longinquas eum terras ideo ablegatum esse con-  
 tendit, ut ad patrem postremò prope paradisum habi-  
 tan-